



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1838**

XI. Schenkung der Gebrüder Meißner an das Kloster, für die Aufnahme ihrer Schwester und Schwestertöchter unter die Conventualinnen, v. J. 1288.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

X. Schutzbrief des Markgrafen Otto für das Kloster v. J. 1287.

Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis marchio, Notum esse uolumus vniuersis, quod cenobium sanctimonialium de Stepenitz ac ipsius prouisores cum omnibus bonis suis in nostram protectionem recipimus et tutelam, vniuersos ac singulos fautores nostros attentius exorantes, quatenus ipsum cenobium molestare non presumant, sed promoueant poeius nostri causa. Nam quidquid commodi et promocionis eis fuerit inpenfum, id nobis reputabimus fore factum, et hoc presentibus protestamur.

Datum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVII<sup>o</sup>, in ciuitate priswalt, in die gregorii pape.

Nach dem Original, woran das Siegel fehlt.

XI. Schenkung der Gebrüder Meißner an das Kloster, für die Aufnahme ihrer Schwester und Schwefertöchter unter die Conventualinnen, v. J. 1288.

In nomine domini Amen. Ego Hinricus, dictus Mysnerus, omnibus hoc prefens scriptum inspecturis salutem in vero salutari. Donationes, quibus deuoto subsidio dotantur Ecclesie, vt perpetuam obtineant firmitatem, huiusmodi scriptis authenticis et fidelium testimonio conservantur. Super quo propter eum, qui dat omnibus affluenter, nos quoque de nostris proventibus sibi gratias referentes, assignauimus, pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, cum arbitrio et Consensu fratris nostri unici Johannis Alisneri, Cenobio Stepenitz quindecim choros filiginis quatuor modiorum minus, in villa nostra Gartin annuatim persolvendos, supplicantes divino intuitu, vt nemo heredum nostrorum post mortem nostram in futuro aliquo gravamine obviare, sed adlectionibus elemosynarum amplius exaltare (presumat.) Insuper sororem nostram Idam, uxorem Ade legitimam, cum duabus suis filiabus, mansuram in eadem prebenda ita sane locauimus, utj una ex eis habitum mutando totaliter subsistat, seruiens domino Jesu Christo in proposito perpetue virginitatis, Et de alia filia in nostro et nostrorum amicorum pendeat arbitrio, que infantulus est, si in posterum contigerit, eam nuptui tradendam. De sorore vero nostra taliter statuimus, que viro legitimo juncta est, si ipse Adam vir ejus eam recipere voluerit, libere ad eum redeat sine aliquo murmure, nichil de bonis, que pure propter Deum ecclesie donauimus, requirent et recipient omnino. Ceterum etiam si vir ejus in posterum non requiiserit et eam ibidem in castitate permanere libet, omni tempore vite sue, sicut ordinauimus, manebit, similiterque altera filia ejus, si non ipsam de nno recipimus, in Cenobio manebit. Ut autem hec donatio rata, sic ordinata, firma permaneat, presentem paginam utriusque sigilli munimine roborauimus. Hujus rei testes sunt wismodus, eidem Ecclesie prepositus, frater Walterus de Rupin, Machovius, miles Christi et Magister in Mirowe, Bertoldus de Havelberge, Ego Heinricus et frater meus Johannes Misnerus, Otto Bere, Fridhericus Brosehawe et alij quam plures. Datum in die Mauricii, in wesenberge. Anno domini Incarnationis millesimo ducentesimo octuagesimo octavo.

Nach dem Original, woran das Siegel fehlt.

XII. Markgraf Otto vereignet dem Kloster Stepenitz eine von dem Ritter Zabel von Plaue für die Aufnahme seiner Tochter gemachte Schenkung zu Bliesendorf i. J. 1291.

In dei Nomine amen. Otto, dei gracia marchio brandenburgensis, vniuersis crisi fidelibus, ad quos presentis Tenor Cartule peruenerit, salutem in omnium saluatore, qui omnis boni fons est et origo.